

& ideo non possunt res alibi deponi. 825
 Non liberantur, nisi protestentur, etiamsi gratis recipiant. 826
 Qui se sponte offert, tamen nullam utilitatem capiat ex Deposito, teneatur tamen ad culpam levem. imò ex presumptione, etiam quandoque ad levissimam. 827. ubi vide exemplum & declarationem.
 Quando Depositum fuit necessarium ob imminens periculum, adhuc Depositarius teneatur tantum de culpa lata. 828
 Deponens rem nocivam, teneatur etiam de levissima culpa. eod.
 Deponenti competit actio Depositi directa, Depositiatio Contraria. Directa tendit ad hoc, ut res deposita custodiatur, & si repetatur jure, restituatur, & commissâ culpâ estimatio solvatur. 832. Contraria tendit ad estimationem damni ex culpa levissima deponens rem nocivam, & ad sumptus qui facti sunt in rei conservatione.
 Si plures rem communem divisibilem deposuerunt, quis tantum ad partem debitam restituendam agere potest. Si indivisibilem, non tenetur uni agenti restituere, nisi præstitâ cautione, quod reliquis deponentibus velit satisfacere pro sua parte. 833
 Ad Depositarium in mora existentem perinet casus fortuitus, & rei periculum. 834
 Actio directa competit etiam heredi tam fideicommissario quam directo. 835
 Si ex pluribus heredibus unus suam partem recepit, altera pars casu pereat apud Depositarium, damnum perinet ad illum solum qui non recepit. 836. & seqq. ubi quomodo unus heres sine alio possit suam partem consequi.
 Etiam in actu commissi doli, & inde nate obligationis, datur actio directa Depositi adversus heredem depositarii, etiamsi nihil ad eum pervenerit. 839
 Hæres tamen solum in simplum conveniri possit in casu Depositi necessarii, ex quo depositarius in duplum conveniri possit. eod.
 Si unus heredum dolum commississet, possit in solidum conveniri, esto ceteroquin & ut heres non nisi pro parte quâ hæres, conveniri possit. 840
 Siambo hæres rem depositam dolo interverterant, tunc si nocumentum intulit quis partialiter partialitate effectus, conveniendi sunt singuli partialiter. si verò res deposita fuit individua, & ad damnum singuli ita concurrerunt, ut quis in totum damnum indivisibiliter sumptum influerit solum partialitate cause, singuli in solidum conveniri possunt. Quod si species ipsa restitui non potest, sed ad estimationem deveniunt, non nisi pro parte hæreditaria singuli conveniantur. Uno non existente solvendo, alter conveniri ultentis potest. 841
 Si unus ex pluribus heredibus conventus habet facultatem restituendi totum depositum, & non restituit totum, condemnabitur in solidum. 842
 Si hæres bonâ fide rem depositam alienaverit, & ex pretio accepto locupletior factus sit, teneatur, re cognitâ, pretium restituere. 843
 In Deposito non est locus compensationi. 844
 Adeo autem non est locus compensationi, ut nec esset, si re depositâ estimatio deberetur, in quo habet Deposito speciale prerogativam præ Commodato. 845
 Neque etiam esse locus, si Deponens vicissim haberet depositum. 849
 Iure communi (secus Iure Bavarico) non potest Depositarius recusare restitutionem Depositi, donec sibi solvantur impense in rem depositam factæ. 850
 Si res deposita fuit oppignorata antequam deponeretur, non potest Depositarius recusare hoc prætextu restitutionem, nec uti exceptione pignoratiâ, bene tamen, si postquam deposita est. 852
 Deponenti, in substatione bonorum depositarii, non præfertur Usor ratione dotis, si res deposita adhuc existet. 854
 Si rei deposita sit in manu debitoris deponenti, deponens nullâ gaudet legali seu tacitâ hypothecâ, vi cuius aliis creditoribus præferri possit. 856
 Quamvis deponens non habeat vi depositi ul- lum reale in bonis depositarii, præferatur tamen aliis creditoribus personalem tantum actionem habentibus. An autem præferatur privilegiatis, non est in Iure satis clarè decisum, legibus inter se valde pugnantibus, quarum probabiles conciliationes varias vide n. 857
 Qui deposuit pecunias apud alium ut Usuras acciperet, censetur privilegio renuntiâsse. & ideo venit in ordine creditorum nullum privilegium habentium. 861
 Quamvis Dos ob legalem hypothecam Deposito quoad estimationem debito præferatur in concursu creditorum, superatur tamen à deposito in aliis prerogativis, quas vide n. 862
 Quando deponentis bona sunt confiscata, Depositi summo sisco, non deponenti, restituendum est. 862
 Non sepius ex natura rei, Depositi ita celebrati, ut depositarius possit ad libitum restituere depositum. 863
 Si nihil expressè in pactum deducatur, præsumitur

metur Depositarius se obligasse ad custodiendum tantum, quoad vel non repetatur à deponente, vel non emerit causa improvisa urgens liberationem à cura depositi. 864
 Creditori deponentis prohibetur est denuntiare depositario, ne depositum restituat petenti, antequam sibi satisfiat. quod etiam procedit in pensionibus, & panibus civilibus per modum alimentorum debitis. 866

Donatio.

Donator obligatur tradere rem donatam, nec liberaretur offerendo pretium & interesse. 16

E.

Emptio venditio.

Emptionis vocabulum aliquando minus proprie, & latius sumitur in Iure, pro quacunque alienatione. Hodie sumitur pro certa specie. 3
 Definitor optime: Contractus Iurisdictionum consensu perfectus, & mutua præstationis, quo id agitur, ut pro certis numeris sive pecunia numerata danti res tradatur. Brevis. Pactio mercis pro pretio. eod.
 Differit iste Contractus à Locatione & Conductione: quia per locationem non datur Usus pro unico pretio (sicut quando venditur) sed pro pensione successivè solvenda, & per partes, sicut per partes successivè accipitur Usus. In emptione sit pactum de unico pretio, quod streim totum debetur, vel si constituitur, ut per successivas vices solvatur, vulgò, *Nach stiften*, non attenditur tamen (sicut in locatione) proportio cum usu successivo, per se loquendo, & ideo periculum semper etiam re traditâ pertinet ad locatorem, non ad conductorem, qui proinde re perente non tenetur ad posteriores partiales solutiones, sicut emptor tenetur, ad quem spectat periculum. 7
 De substantia emptionis est Intentio se obligandi ad transferendum dominium, vel quasi, quantum in se est: ipsa tamen actualis translatio non est de substantia, quia vendi potest res aliena. 8
 Quando una cum pecunia venit in pactum res aliqua ab emptore tradenda, tunc si contractus in intentio fuit, celebrare emptionem potius quam permutationem, erit emptio. Si nihil expresserunt, videndum, an valor rei tradendæ excedat, vel excedatur à pecunia. Quod si neutrum excedit notabiliter, erit contractus mixtus: possent tamen contrahentes convenire, ut etiam quatenus esset Permutatio, non esset locus penitentia, &c. daretur tamen actio Præscriptis verbis. 9 & seqq.
 Cum, quando venditur res immobilis, solear intervenire Scriptura seu Instrumentum venditionis, si Contrahentes expressè alligent Contractum Scripturæ, ita ut nolit valere ante confectam Scripturam & approbatam, non perficitur contractus per antecedentem consensum. 13
 Si non expresserunt alligationem, præsumitur Scriptura solum requiri ad probationem, & majorem securitatem. 15
 Non est Venditori integrum & liberum, ut, si velit tradere rem venditam, liberetur solvendo interesse, sed obligatur præcisè ad traditionem mercis, si ejus tradendæ habet potestatem. 16. & seqq. ubi multa de discrimine inter obligationem dandi, & faciendi.
 Requiritur consensus de presenti, qui non sit mera promissio vendendi expressa verbo: *Vendam*. Quod si dicitur: *Volo vendere*, significatur potius contractus de presenti & absolutus, non minus quam voce: *Vendo*. 22. & seqq.
 Sufficeret ad contractum, si factâ promissione venditor accepto pretio rem traderet. Quia consensus factus significatur, quod esset loco verborum formalium. 25
 Venditio facta cum designatione pretii per verba: *Quod in arca habeo*: Valet, quia est sufficiens certificatio pretii, & quantitatis potius quam corporis designatio. 26
 Est etiam sufficiens certificatio pretii sub hac forma, pro pretio quo scapha frumentii tali die & loco venditur. 28
 Non esset tamen sufficiens determinatio per formam: *Pretio iusto*, nisi contrahentes arbitrium iudicis potius quam proprium respexissent. 29
 Sufficit, si determinatio in arbitrium tertii conjiceretur, qui tamen non sit primùm ab ipsis contrahentibus determinandus, sed jam nominatus. 30
 In casu arbitrii indeterminati adjecti, non est quidem Venditio, est tamen Contractus innominatus pariens actionem præscriptis verbis. 31
 Si in tertiam personam collatum est arbitrium, factâ determinatione pretii, non retrahitur ad tempus conventionis, sed contractus primùm completur postâ taxatione tenentur tamen contrahentes expectare taxationem faciendam. 33
 Si arbiter iniquè arbitraretur, absolveretur quidem contractus, ut resillire non liceret, datur

retor tamen recusus ad Iudicem, ut contractum ad aequitatem reduceret. 34

Contractus Emptionis potest Arrha dupliciter adici, vel ante absolutum contractum, vel post absolutum, sed necum facta traditione. Si primo modo adiciatur, integrum est vel contractum perficere recepta arrha, vel eam sibi restituere. 35

Si Arrha datur absoluto contractu, non licet penitere, quia censetur data ad maiorem securitatem contractus, & ut facilius probetur. 36

Si post datam arrham contractus absolvitur, arrha computatur in pretium. 38

Si Venditor certae speciei (philosophice individui) nullam singularis custodiam curam in se suscepit rei venditae, nec est in mora tradendi, & adhibuit custodiam diligentioris patrisfamilias, qua excluditur levis culpa, amissa re vendita tenetur quidem Emptori cedere actiones si quas habet, de reliquo damnum est emptoris, ut & pretium solvere teneat, nec habet actionem ad interesse. 39

Si vero culpa venditoris periret, non eodem modo peritura apud emptorem, neque emptore existente in mora, damnum esset venditoris. 41. & seqq.

Quando Impotentia tradendi rem emptam provenit iure (ut quando evincitur a domino rei venditae, vel quando aufertur a Principe ob necessitatem Reipublicae) damnum pertinet ad venditorem, quando vero provenit ex aliquo facto, aut casu fortuito, pertinet ad emptorem. 46

Quando Contractus est conditionatus, si pereat res vendita ante conditionis eventum, perit periculo venditoris. 48

Si pendente conditione non perit tota res vendita, sed solum deiciatur aut minuitur, & postea verificatur conditio, contractus valet, & retrahitur ad tempus conventionis, & damnum est emptoris, quia perinde est, ac si iam tunc fuisset ita constituta & deteriorata. 49

Si quid venderetur ad futuram explorationem, v.g. gustationem vini, &c. tunc ante postquam explorationem (si emptor non sit in mora) contractus non est perfectus, quia censetur conditionalis, & ideo periculum venditori spectabit. Eod.

Si res fungibiles vendantur per Averfionem, vulgo *überhaupt*, v. g. integrum vini dolium, periculum est penes emptorem postquam contractus est perfectus, independens a conditione. 50

Si vendatur ex certo corpore v. g. dolio vini, aliqua portio v. g. 10. urnae, periculum spectat ad venditorem, quamdiu urnae non mensurantur. 51

Aliud est rem fungibilem vendi ad Quantita-

tem seu mensuram, aliud, ad corpus cum adjecta expressione quantitatis. Ad corpus dicitur venditur, quando adjectio quantitatis seu mensura facta solum est demonstrativa, seu causa demonstrandi, & discernendi corpus venditum ab aliis, & non animo taxandi. Econtra quando quantitas exprimitur tanquam restrictiva, & taxativa, dicitur res vendita ad mensuram. 52

Si constet, quantitatem fuisse adjectam demonstrandi causa solummodo, absque restrictione ad quantitatem, tunc qualiscunque excessus vel defectus in quantitate nominata reperiretur, esset solvendum pretium a principio constitutum, & nec minuendum ob defectum, nec augendum ob excessum. 56

Si quantitatis expressio facta a venditore, fuit emptori causa emendi pro tanto pretio (diciturque adjecta esse tanquam *Modus* rei venditae) tunc si minor quantitas reperitur, venditor tenetur minuire pretium cum debita proportione, non obstante, quod in hoc casu venditio sit per *Averfionem* & ad corpus, quatenus unum pretium est constitutum, & venditio incipit a Corpore, fuitque intentio emendi & vendendi totum corpus, quocumque sit ejus quantitas, major an minor illa quae fuit adjecta, & periculum est emptoris. 57

Quando in venditione per averfionem quantitas expressa minor est, quam quae revera incit corpori, & sufficit ad augmentum notabilem valoris rei venditae, emptor tenetur augere pretium ad aequalitatem, in conscientia. 59

Si tamen excessus non sufficeret, ut res empti superaret justum pretium, quia adhuc infimo pretio posset sic emi, probabilis est, emptorem non posse conveniri ad augendum pretium. 60

Si in venditione totius Corporis constituitur certum pretium in singulas partes, v. g. in singulas urnas, oves, &c. & ante traditionem, vel mensurationem pereat, vel minuitur, damnum & periculum est venditoris. 61

Venditor manet dominus rei venditae etiam perfectio contractu per consensum: ut autem dominium transferat, praeter rei venditae traditionem requiritur insuper, ut vel emptor pretium solverit, vel illud de praesenti offerat, vel cautionem fidejussoriam aut pignoratitiam praestet, vel venditor fidem emptoris sequatur. 63

Si tamen apud venditorem aliquid rei venditae accesserit, illud emptoris commodo cedit. Fructus tempore perfecti Contractus pendentes, tam maturi quam immaturi, sunt emptoris, eique cum re ipsa tradendi. Quod si

Quod si venditor fecisset expensas in bonum fructuum post contractum, sunt refundenda. 64. ubi vide plura corollaria.

In sententia probabilis multorum, quod fructus nati post perfectum contractum, sed necdum translato dominio, pertineant ad venditorem, reddi deducitur, solum esse contractum ab Usura immunitum, si Venditor rei venditae dominium in emptorem transferat, adjecto pacto, ut dum motam traxerit in solvendo pretio vel parte illius, restituat aestimationem perceptorem fructuum secundum proportionem pretii non soluti deductis expensis. 65

Probabilis tamen est, illos fructus pertinere ad emptorem. Eod.

Pari modo si fructus pendentes tempore contractus sint imaturi, adeoque minus valeant, si postmodum maturecant ante translationem dominii, pertinebunt ad emptorem secundum totum suum valorem. 66 & seqq.

Unde etiam consequitur, quod thesaurus quosdam illam partem, quae aliquis ad dominium fundi spectare solet, si inveniat, v. g. a famulo Venditoris in fundo vendito, sed necdum tradito, sit Emptoris. 69

Eadem re individua duobus successivè vendita, si neutri est tradita, posterior venditio nullam habet vim, nec inducit obligationem tradendi, sed manet obligatio tradendi primo emptori. 71

Si venditor secundo Emptori rem ita vendiderit, ut simul ea cum transferret dominium tradendo, & vel pretium accipiendo, vel fidem sequendo, vel cautionem accipiendo, valeret secunda venditio, etsi peccaminosa. 72

Si secundus Emptor esset conscientis fraudis, quod res iam alteri esset vendita, & personaliter obligata, quamvis per traditionem fuerit factus dominus, potest tamen prior Emptor (nisi malit agere ad interesse) intentare secundo Emptori actionem in *fructum*, & recuperare rem traditam. 74

Quando Venditor rem priori venditam constituit eidem in hypothecam, adeoque jus in re, praeterit si alia bona simul hypotheca supponat pro merce ipsi tradenda, & promittat, se rem alteri non venditurum, tunc etiam si alteri vendat, & tradat, non transferet dominium. 75

Si primus Emptor sit privilegiatus, ut facta illi venditione statim acquirat dominium, tunc secundo Emptori non acquiritur dominium, etiam si illi tradatur. 76. ubi referuntur privilegiati.

Non hoc ipso quod Venditor tradat mercem emptori, praesumitur fidem ejus sequi, sed hoc est exprimentum. 77

Neque praesumitur habita fides, si dies vel hora ad solvendum constituitur: sed requiritur saltem tacita conventio, v. g. si Mercator nomen illud in librum rationum retulerit, sicut impus longi intervalli constituerit. 78

Habita fide Venditor ex domino metis ita sit Creditor, ut deinde, si mercx adhuc existat, & emptor non sit solvendo, venditor concurret cum aliis creditoribus ad consequendam cum proportione partem mercis actione tributoris, quod etiam ad Mercatorem extenditur, ut quoad merces adhuc existentes, debeant inter eos illi, qui illas fide de pretio habita vendiderunt, cum ceteris chirographariis creditoribus in concursum venire. 79

De iure Bavarico, si Venditor sequens fidem emptoris constituat sibi hypothecam in re vendita, praefertur aliis creditoribus hypothecariis. Quod tamen de iure communi non factis efficaciter probatur a paritate cum eo, qui pecuniam credit ad rem emendam pignore constituto. 80

Hac Venditoris hypotheca de iure communi non praefertur doti, bene tamen iure Bavarico. 81

Potest Venditor emptori rem venditam pro certa pensione locare: quo casu non solum non subicitur periculo rei venditae (quod totum est emptoris) sed ne quidem ob stabilitatem aut similes causas pensionem remittere cogitur, utpote quae non tam pro re locata, quam pro interesse pretii non soluti praestetur, cum ex tali locatione solus conductor obligetur. 82

Emptionis Venditionis Materiam.

Res nondum existens, sed futura, potest esse materia huius Contractus, modo aliqua ratione jam existat in causa proxima. Quod si ematur spes alicujus rei capiende, & res capta postmodum evincatur, non datur emptori actio, quae aliquin competi re evicta: quia quod evincit potest, perinde est, ac si captum non esset, quia retineri non potest, & quia illud solum venditur, quod ita capitur, ut fiat capientis. 83

Si proprietarius vendat ultra fructum, & statim moriatur, non extinguitur jus emptoris, sicut extingueretur, si fructuarius venderet Ultra fructum. 84

Notandum est discrimen inter emptionem futuri partus, & factus retis, &c. quod venditio partus non sit venditio absoluta, sed conditionalis: si parius sequatur, quo secundo retrahitur venditio. 85

res

Synopsis

Res non existens non potest vendi ut existens. Quodsi major pars rei destructa est, potest emptor à contractu rescindi, vel, si malis, apere ad pretium restituendum. Eod.

Siambo contrahentes ante contractum ignorarent rei interitum, contractus est nullus. Si pars rei emptor maneret, sed minor illa quæ interit, non compellitur emptor perficere emptionem, sed si quis solvit, repetere potest. Si verò dimidia vel minor pars interit, cogitur adimplere æstimatione boni viri. Si venditor scivit totius rei interitum, emptor ignoravit, emptio est nulla. Si verò aliquid illius remansit, valet emptio, sed venditor, quod interest, emptori restituere debet. Si emptor scivit, venditor ignoravit, stat emptio, & omne pretium est emptori solvendum. Si uterque scivit, nihil actum est, dolo utrinque compensato. Eod.

Homo liber consentiens vendi potest, ut fiat servus, non obstant, quod alioquin homo liber in commercio non sit, & hoc ideo, ne emptor dolo circumveniat hominis libertatem contentemntis improbitate. Ceterum, hominis liberi venditio nulla est, ne quidem relata in tempus quo servus futurus est. Venditor autem, etiam ignarus libertatis, tenetur ad interesse, & quoad hunc effectum valet venditio. 86. 87

Permittitur in Jure Patri (non item Matri, nec Avo materno) ob extremam egestatem liberos recens natos vendere. quo casu non emptor solum acquirit jus detinendi, donec redimatur. 88

Res Sacra & Religiosa, utpote cum quibus pecunia nullam habet proportionem, dum tales sunt, emi vendique non possunt. Neque res furtiva valide venditur internegatos rem esse furtivam: si emptor solus scit, non obligabitur venditor, nec tamen ex vendito quidquam consequitur. Si venditor solus scit, utrinque obligatio contrahitur. 89. & 112

Prohibetur etiam à Jure vendi venena mala, arma, &c. hostibus. Item non valet venditio materia ex domo destructa. 90

Nec de Jure valet venditio hereditatis sperata tanquam improba. 91

Potest tamen vendi hereditas jam per mortem delata, ita quidem ut transeat in Emptorem actiones omnes utiles activæ etiam nulla facta cessione. Actiones autem que contra defunctum dabantur, non transeunt contra emptorem, sed competunt contra venditorem, ita tamen, ut, quod solvit, repetat ab emptore. 92

Venditio hereditatis testatoris non censetur vendita hereditas illius cui venditor est substitutus. 93

Ius accrescendi transit etiam in emptorem hereditatis. 94. & seqq.

Nomina etiam vendi possunt invito debitore. 98

Item actiones Reales, ut Rei Vendicatio, vendi possunt, quo casu emptori convenit nullis in rem actio. Non possunt tamen actiones vendi post litem contestatam, quia evadunt litigiosa. 99

Possunt ob circumstantias homina quandoque licite emi minori pretio, quam in se continent, adeo ut etiam emptor postea plus consequatur, nil teneatur restituere venditori. 100

Licita etiam est emptio nominum minori pretio, si emptor ex speciali causa possit totum obtinere, quod non possunt alii, nec ipse venditor, apud quem proxime minus valet. 101

Si debitum sit liquidum, nulla æstimabilis difficultas in obtinenda solutione, nullum periculum damni aut luctu cessantis, speculative probabilius est, non esse licitum emere minori pretio, ex pretextu, quod venditor necdum possit exigere debitum, sed nunc indiget pecunia: prædictæ tamen oppositum est ab auctoritate probabilis. 103

Si debitum non est liquidum fed dubium, & anticipatio solutionis afferet scilicet lucrum cessans, vel damnum emergens debitori, &c. potest actionem minori pretio emere etiam ipse debitor, non minus quam quisvis alius. Quando verò difficultas debiti obtinendi provenit ab ipso debitore, qui quod sponte solvere deberet suo tempore, & etiam facile posset, sed non solvet, sine molestiis & sumptibus creditoris, non potest, sicut alii, ipse debitor minori pretio emere, quia sua culpa reddit solutionem difficilem. 105

Quando emptor nomen emptum minoris emit, non potest, seclusa fraude, debitor cessus uti exceptione adversus emptorem, se non ad plus teneri, quam ipse solverit venditori. 106. & seqq. ubi explicatur Constitutio Anastasiana.

In casu Anastasiana Constitutionis, id quod Emptori actionum & nominum detrahatur, potest ab ipso cedente vel vendente adhuc exigi à debitore, si non sit fraudis ab emptore commissæ particeps, sed si ejusmodi nomen partim venditum, & partim donatum fuerit, quo casu Iustiniana Constitutio debitorem omnino liberat. 108

Quod si fraudis particeps esset, merito puniretur, ut agere non posset ad residuum. 109

Officia publica, civilia, profanam ac temporalia aliquam potentatem continentia, licite vendantur (attento Jure naturæ, & seculis legi-

Alphabética.

legibus) personis idoneis, de quibus spes est, bene administratos. 110

Iure civili tamen hujusmodi venditio interdicitur merito, ob varia inconvenientia immenda, quantumvis in pluribus Regnis permittatur, ubi inconvenientibus alio modo obviatur. 110

Res aliena furtiva potest contracta valido ac utrinque obligationem inducente vendi emptori ignorantem rem esse alienam, sive venditor sciverit, sive ignoraverit. Venditor quidem obligatur ad interesse & de evictione, emptor ad solvendum pretium. Si res non sit furtiva, sed ex alio titulo aliena, valet contractus, etiam si uterque sciat esse alienam. 111. & 112. ubi declaratur, quomodo possit esse licita traditio, & sub obligatione.

Quamvis de substantia hujus contractus sit, ut emptor obligetur ad transferendum dominium pretii, non est tamen de ejus substantia, ut venditor obligetur ad transferendum dominium rei venditæ: sed solum obligatur ad rem tradendam, & quantum in se est, ad faciendum, ut emptori rem habere liceat: unde facta traditio nulla superest emptori actio ex empto, ad acquirendum dominium. 113

Non potest quis contracta valido emere absolute rem suam, bene tamen in casum, quo desinet esse sua. 114

Realienâ venditâ tenetur Venditor emptori de evictione. 115. & seqq. Plura tamen vide verbo. Evictio.

Re evictâ competit actio empti ex causa evictionis, qua tendit. 1. ad repetendum pretium si solum fuit. Item ad interesse particulare, quanti emptoris præter expositum pretium interest rem non fuisse evictam, & hoc recipit augmentum & diminutionem. 117

Quoad interesse constitutum est, ut nunquam excederet duplum pretii expositi, cui ipsum pretium velut simplam inesser. 118

Venditor rei alienæ tenetur Emptori refundere sumptus litis ab emptore factos. 119

Si actor succumbat, habuit tamen justam litigandam causam, eaque ex venditoris persona processit, adhuc tenetur venditor ad expensas, sed non tenetur. 120

Ut emptori competat actio ex causa Evictionis, requiritur, ut auctorem, h. e. venditorem laudaverit, tempèstive denuntiando, litem sibi super re vendita motam esse, ut venditor defendat emptorem. 122

Etiam si Venditor aliunde jam gnarus sit litem motæ, non tenetur de evictione, si emptor non denuntiaverit, arbitratus eam fore superfluum. 123

Denuntiationi est inferenda copia libelli actoris, & si quid aliud actum est cum emptore. 124

Denuntiatio, si potest, est immediate facienda Venditori præsentis, si minus, de ejus domum, consensu vicinis. Quodsi venditor se dolo subdugeret, emptor ab obligatione denuntiandi liber esset. Mortuo venditore denuntiatio faciendâ est heredibus omnibus. 125

Si constet, nulla tergiversatione celari posse rem alienam venditam, nec emptorem posse defendi, excusatur quidem emptor, securus tamen agat, adhuc denuntiando. eod.

Fidejussori non est necessitudo faciendâ denuntiatio. 126.

Faciendâ est denuntiatio ante publicationem testamenti, & causæ conclusionem, seu antequam tempus probationum & exceptionum clapsulum sit. Si in prima instantia non est facta, potest fieri in causa appellationis, re adhuc integrâ. 127

Si venditor in se recepit defensionem, potest emptor à defensione desistere factâ denuntiatione. Si non recepit, nec declaravit, nolle se causam defendi, emptor ad defendendum bonâ fide tenetur, alioquin erit suspectus de culpa, & venditor de evictione non tenetur. 128

Non potest venditor declinare forum emptoris, etiam si esset persona alienoquin exempta ab hujus Iudicis Jurisdictione. 129

In quibusdam casibus Venditor de evictione non tenetur.

Primo inaque non tenetur, si convenit inter contrahentes, ut venditor de evictione non tenetur, sed solum ad refundendum pretium: nisi dolo ita convenisset. 130

Probabilis est, quod emptor pretium non amittat, si sciens emit rem alienam, nec expressè de evictione præstata stipulatus est. eod.

Secundò non tenetur, si culpa Iudicis, imperitiæ vel maliciôsè judicantis, res evicta est, cum de jure debuisset pro emptore judicare. 131

Si venditori certò constaret privatâ notitiâ, quod sententia formaliter quidem & exuris norma justa esset, materialiter tamen injusta, posset uti occultâ compensatione. eod.

Tertiò non tenetur Venditor de Evictione, quando res evincitur culpâ emptoris. 132 ubi vide varios casus.

Si sententia sit suspecta ob Iudicis imperitiâ vel maliciam, tenetur emptor appellare: item si causa est dubia & ambigua, & vendito tempore lata sententiæ est absens, nec illi intimata sententia. 133

Si res evincatur sententiâ arbitrariâ, amittit Emptor Ius evictionis, quia suâ voluntate res evincitur. eod.

Quartò non tenetur, si emptor ex Principis mandato rem emptam alteri tradere compellitur, nec venditor huic causam dedit. Et

Synopsis

universum non tenetur, si res vendita non iure communi, sed quodam iure speciali evincatur, v. g. iure retractus, vel restitutione in integrum. 134
 Quia non tenetur, si emptor scivit rem esse alienam, quam vis etiam oppositum sit probabile. 135
 Sexto non tenetur, si emptor per vim expellatur à rei emptæ possessione. 136
 Septimo non tenetur, quando emptor neglexit præscriptionem. 137
 Octavo non tenetur hæres, qui confecto Inventario rem hereditariam quæ iam pro solutione hereditarii græis alieni vendidit. 138
 Nono non tenetur creditor qui rem pignoris iure distaxit, imò ne tenetur ad pretii restitutionem. 139
 Decimo non tenetur Fiscus rem alienam vel alteri oppignoratam vendens, quia emptor sit dominus rei vendite. 140
 Undecimo non tenetur, qui vendit debitum, & debitor non est solvendo, nisi specialiter actum esset, quòd emptor esset futurus indemnus. 141

Emptoris & Vendoris obligationes & actiones.

Sicut Emptori competit actio ex Empto, (de qua supra) ita e contra Vendori competit actio ex vendito, in quam venit imprimis pretium, & quidem certum ac determinatum. 142
 Deinde veniunt usuræ pretii non solati ex tempore more, nisi aliud convenerit. Item veniunt sumptus facti in rem venditam: item fructus, quos casà iam spicà ante venditionem à solo separatos, sed necdum à venditore collectos, & tamen ei de iure debitos, emptor in vasit, cum venditioni non accesserint. Item veniunt damna & incommoda, quorum emptor est causa, non auferendo rem emptam. eod.
 Denique venit repetendum id, quod plus debito venditor præstitit. quo casu etiam Conditio Indebiti conceditur. 143
 Si venditor ignoret pretium mercis ignorantia generali & illius loci communi, emptor autem sciat scientia singulari & ratà, non tenetur venditori indicare valorem mercis, sed potest emere & solvere illo pretio, quo ex communi ignorantia communiter aestimatur. 145
 Si vero venditor ignoret ignorantia particulari, tenetur emptor saltem infimum pretium iustum offerre, & eatenus mercis valorem ignoranti indicare. 146
 Neque excusaretur emptor ab indicando valore, etiam si venditor diceret, se velle excessum,

si quis est, donare, eo quòd emptor nolit majori pretio emere. eod.
 Quod si ambo ignari valoris conveniret bonà fide de pretio reipsà inæquali, sed condonando reciproce, neuter teneretur ad supplementum. eod.
 Unde posset fundus emi pretio communi, etiam si emptor sciret ibi latere thesaurum, vel venas metallinas. eod.
 Si emptor privatà notitià sciat, valorem pecunie paulò post publicà lege diminutum iri, potest hodie emere pretio corrente, non monito venditore, & e contra si venditor sciat, valorem mercis minvendum, potest non monito emptore vendere pretio corrente: uno casu excepto, nempe, quando Magistratus, volens ipse contrahere, legis promulgationem studio differret, ut interim suas pecunias majori pretio, vel mercis majori valore distaberet. 147
 Quando vitium non est circa substantiam, sed circa qualitatem, & ignoratur invincibiliter ab utroque contrahente, relique venditur, qualis fuerit inventa, sive bona, sive vitiosa, ad nihil obligatur venditor, vitio postea detecto, modo in taxando pretio cetera sint paria. 148
 Quando vitia sunt ex se manifesta, non est obligatio illa exprimens, sed solum non excedendi in pretio, quasi vitio careret. Imò iure civili venditor ad nihil tenetur, etiam si negaret expressè tale vitium adesse, si vitium secundum se sit manifestum. 149

Quando vitium occultum tangit substantiam intrinsecam rei, quæ alia existimatur, & ut alia proponitur ab ea quæ est, obligatur venditor aperire vitium. 150. ubi exemplum.
 Quando emptor nihil interrogat, & venditor apertè exponit merces, non occultando arte aliqua eorum vitia, distinguendum est. Si res, non obstante illo vitio adhuc est tali pretio digna, & communiter solet eo pretio emi, tunc licet huic emptori particulari non deserviat ad usum, ad quem emit, venditio est iusta, dum emptor non dixit, ad quem usum emere velit. Si vero ex communi modo quo merces exponitur, significatur eas esse idoneas ad usum, ad quem communiter emuntur, tenetur venditor vitium manifestare, quo redditur merx inepta ad talem finem. 151. ubi exempla.

Emptionis Pretium iustum.

Pretium aliud est Legitimum, aliud Naturale, seu vulgare. Legitimum est, quod à Magistratu taxatur, nec à subditis variari potest. Vulgare

Alphabetica.

Vulgare, quod communi iudicio mensuratur. 152
 Quia vero iudicia hominum non conveniunt, inde nascitur divisio Pretii naturalis in summum, medium, & infimum. 154
 Pro regula iusti pretii naturalis non incommode statuit Scotus, computandas expensas cum aestimatione industriae, labore & periculo. 155
 Variatio pretii desumitur ex variis circumstantiis, inter quas tamen non est perfectio intrinseca & physica. Præcipua circumstantia est utilitas communis in ordine ad usus humanos. deinde aestimatio utilitatis ad alios fines: quæ tamen aestimatio non debet necessarii esse hominum prudentum, sed sufficere vulgi, si communis sit eo loco. Inter has tamen circumstantias non est numeranda particularis indigentia emptoris. 156
 Potest tamen venditor ob speciale commodum quo fe vendendo privat, augere pretium. 157
 Modus vendendi etiam quandoque variat pretium. Unde carius vendatur res singillatim, ac simul in magna copia. 158. ubi vide aliud exemplum.
 Res particulares, quæ ob suam raritatem non habent taxatum pretium, nec à lege, nec à communi aestimatione, vendendæ sunt (speculative loquendo) attentis circumstantiis, qualitate, utilitate, raritate, expensis, periculis, difficultate in afferendo, novitate, emptorum pluralitate, illo pretio, quo prudenter emi possunt, & non est augendum præcisè ob inordinatum affectum ementis. Est tamen etiam præcisè probabile, posse secundum arbitrium, etsi imprudens, ementium taxari. 159. ubi vide exempla.
 Circumventio infra dimidium iusti pretii, quam videtur leges permittere, non est licita in hoc sensu, quasi ille, qui alterum infra dimidium pretii infimi læsit, non tenetur in conscientia refarcire usque ad iustum pretium, revera enim tenetur. Sunt ergo leges intelligendæ, quòd ob talem læsionem non detur læsio actio. 161. ubi vide diversas interpretationes.

Emptionis facta dissolutio ex consensu.

Emptio venditio sicut consensu contrahitur, ita contrario consensu dissolvitur, antequam fuerit traditio secuta. 163
 Potest contractus emptionis non solum quoad totum, sed etiam quoad partem contrario

consensu dissolvi. Nunquam tamen dissolvitur nisi interveniente retroraditione, si traditio facta est. 166
 Potest contractus emptionis dissolvi etiam tacito & præsumpto consensu, nempe per acceptationem. 167. & seqq.
 Si quis rem iam emptam à te iterum emat pluris, minorisve, dissolutus est prior contractus. secus esset, si secunda emptio ex alio capite esset nulla. In priori casu non deberetur Gabella duplex. 169
 Si secunda emptio esset conditionata, etiam si conditio eveniret, secunda emptio esset nulla, nec ex ea agi posset, nisi pretium varium esset, (quia tunc consentirent contrahentes à priori contractu discessisse) vel alia utilitas in esset contractui conditionato. 170. ubi vide casum.
 Res adhuc integra censeretur ad dissolvendum mutuo consensu contractum, etiam si fidei iussio, aut stipulatio accessisset. 171.
 Ut modo pacto dissolvatur, non est necesse fieri mentionem Clausulæ Constituti, etiam si venditor prius per illam clausulam se nomine emptoris possidere constituisset. 172
 Non solum si ex una tantum parte fuit impletus contractus, sed etiam si ex utraque, adhuc dissolveretur, nec esset novus contractus, nec Gabella debere, si in continentem fieret retroraditio: quamvis contrarium sit etiam satis probabile, esse duplicem contractum, & duplicem Gabellam deberi. 173
 Ut autem dissolvatur retroraditione, non requiritur certa solennis formula, sed satis est, quòd contrahentes velint à contractu recedere. 175
 Si post traditionem mercis pacti essent contrahentes, de recedendo à contracta per retroraditionem, & venditor penitens nollet recipere, daretur emptori exceptio contra venditorem agentem ad pretium. 176
 Contractus ritè ab habilibus celebratus non potest superveniente inhabilitate rescindi, ne quidem ita ut claudicat. 177

Emptionis Resolutio ex additione in diem.

Emptio resolvitur etiam additione in diem facta, si intra tempus constitutum alius plus pretii offerat. Requiritur autem 1. ut alius emptor se offerat animo sincero absque dolo. 180
 Requiritur 2. ut novus emptor meliorem offerat conditionem, quidquid offeratur, quòd ad utilitatem maiorcm venditoris faciat, B b b a
 five

- sive consistat in augmento pretii, sive in modo solvendi, sive in majore idoneitate emptoris, sive in sublevatione alicujus oneris. 181
- Requiritur 3. ut intra diem additionis venditor non moriatur absque hærede, cui offeratur. 182
- Requiritur 4. quod primus emptor nolit ipse meliorem oblatam conditionem præstare. 183
- Oblatam meliorem conditionem non tenetur venditor acceptare. 184
- Si secundus emptor offerens meliorem conditionem non sit idoneus, v.g. non solvendo, aut non habens auctoritatem, nihilominus per additionem illi à venditore factam prior contractus resolvitur. 185
- Non resolvitur tamen prima venditio per secundam iterum cum nova additione in diem factam. 186
- Per venditionem cum additione dominium non transfertur irrevocabiliter in emptorem, adeo, ut, oblata & acceptata meliore conditione, dominium, reique vindicatio ipso jure ad venditorem redeat. 187
- Interea temporis donec dies additionis veniat, aut melior conditio offeratur, tam dominium quam periculum interitus, & omnia commoda, ac incommoda, ad emptorem spectant, ita tamen, ut si resolvatur contractus, etiam omnes fructus, etiam consumpti & usucapti, unà cum aliis commodis & accessionibus restituendi sint venditori, deductis impensis. eod.
- Sunt autem fructus &c. restituendi venditori, etiam si primus emptor ipse velintandem conditionem meliorem offerat, quia fingitur propter oblationem melioris conditionis, nunquam fuisse dominus, & resoluta priore emptione sit nova emptio. 188

Emptionis Resolutio ex pacto legis Commissoria.

- Resolvitur etiam emptionis contractus ex Pacto Legis Commissoriae. Quando enim constituto tempore, quo si pretium non solvatur, res sit inempta, pretium non solvitur, dicitur Lex esse commissaria, & res vendita reddit ipso jure ad venditorem, etsi nunquam fuerit interpellatus emptor. 189
- Lege commissaria tenetur emptor fructus perceptos restituere, & estimationem damni culpa dati, nisi partem pretii solvisset, quam amittit. 190
- Lege commissaria resolvitur quidem Contractus

- invito emptore, sed non invito venditore. 191
- Non potest tamen Venditor variare, nec electo pretio penitere, & eligere legem commissariam, vel econtra. 192
- Emptor amittit artham, si quam dedit, & legem commissaria, sed tunc fructus ex æquitate retinet.
- Legem non committit emptor paratam solvere, sed impeditus, v.g. ob absentiam venditoris.

Emptionis Resolutio ex Pacto retrovendendi & redimendi.

- Pactum Retrovendendi, & Redimendi potest adjici, vel in favorem solus venditoris, ut ad libitum suum sibi retrovendatur, vel solus emptoris, ad cuius libitum à venditore redimatur res empta, vel in favorem utriusque. Si ex hoc pacto fiat retrovenditio, est novus contractus, & non est rigorose dissolutio prioris, qui manet in suo valore. 194
- Unde consequitur, quod requiratur nova retrotraditio, ut dominium redeat ad venditorem: nec ante competit venditori rei vindicatio. 195
- Emptor obligatus ad retrovendendum, non liberatur solutione Interesse invito venditore. 198
- Licium, & ab usura labe immune est hujusmodi pactum, si fraus abint, quæ emptor intendat lucrari fructus quasi ex pignore, & modo pretium sit justum, æstimando onus retrovendendi in pretium, quod eò magis diminuendum est, quo longius tempus in pactum venit: quod si sit perpetuum, videtur tertia pars justii pretii esse subducenda. 200
- Ex natura rei non repugnat apponi emptioni pactum sub conditione resolutiva dominii, si pretium fuerit oblatum, ita ut venditor sibi reservet jus reale in re vendita, ut, ad quemcumque pervenerit, oblatio pretii possit rem vindicare. Est etiam probabile, sed non certum, hujusmodi pactum non improbari à legibus. Nisi tamen exprimat, non præsumitur subesse. 201
- Emptor retrovendendo non potest ad minuendum justum pretium cogi, quia vendit sine onere. 203
- Potest tamen emptor pacisci, ut sibi majus pretium solvatur, quam ipse solverat propter obligationem retrovendendi, dummodo non excedat valorem rei pro tempore retrovenditionis. 204

Imò

- Imò potest pacisci, ut liceat sibi exigere pretium summum, etiam si ipse emisser infirmo. eod.
- Si pactum de retrovendendo indefinitè conceptum est, ut in perpetuum liceat redimere, adhuc probabilius est, præscribi contra jus redimendi spatium 30. annorum. 206
- Si certum tempus definitum est, & venditor intra illud tempus partem solvit, animo redimendi, residuum verò post elapsum terminum quidem, sed paulò post, & abtque prejudicio emptoris offerat, non potest exceptione repelli. 207
- Quando res indivisibilis venderetur à duobus cum pacto retrovendendi, non posset emptor cogi ad retrovendendum uni offerenti partem pretii, quia cogerebatur venire in societatem, nisi ita expressè pactum esset. 207
- Quod si unus venditorum totum pretium offerat, tunc cogitur emptor ad revendendum. eod.
- Jus redimendi sicut transmittitur ad hæredes, ita etiam potest alteri cedi. eod.
- Quod rei emptæ per alluvionem accedit, in retrovenditionem non venit, sed manet primi emptoris, sicut & damnum decrementi ad eum spectare: sive venditio facta sit ad corpus, sive ad mensuram. 209
- Fructus ante revenditionem percepti, spectant absolute ad primum emptorem, pendentes sunt dividendi pro rata temporis anni. 210

Emptionis Resolutio ex Iure Retractus.

De hoc vide: *Retractus.*

Emptionis Resolutio ob lesionem ultra dimidium.

- Etsi læso intra dimidium justii pretii non detur in foro Civili, imò nec Ecclesiastico, actio directa ad rescindendum contractum, vel supplementum, in conscientia tamen lædens tenetur adæquare pretium rei emptæ. 236. 237
- Neque daretur actio, etiam si contractus celebratus esset per Procuratorem; neque si læso intra dimidium contingat in æstimatione dotis, etsi ob auctoritatem oppositum etiam probabile sit. 238. 239
- Lex 2. C. de rescind. Vend. concedens Venditori læso ultra dimidium justii pretii actionem ad rescindendum contractum, vel supplementum defectum pretii justii, est etiam extendenda ad emptorem, ut possit con-

- tractum rescindere, nisi venditor malit excessum pretii restitueret.
- Quando Venditor læsus est, tunc æstimatà marce, quantum valuerit tempore venditionis, saltem attentò pretio medio, inter summum, & infimum, si emptor minus solvit quam mediam partem justii pretii, & quidem probabilius infimi, faveat dictæ legis uti potest. 241
- Circa emptorem dissensus magnus est, quomodo sit faciendæ æstimatio. An nempe si res valeat 50. sufficiat, si solverit plus quam 75. vel an requiratur, ut solverit ultra 100. eod.
- Possunt ambæ sententiæ defendi & practicari, si dicamus priorè sententiam posse sequi Judicè attendendo præcisè ad quantitatem læsionis: posteriorem verò, attendendo ad publicam Judiciorum quietem, & declinandam Judiciorum multitudinem, & hanc posteriorem amplectitur Ius Bavaricum. Eaque videtur attendere paritatem formalem inter Venditorem & Emptorem, cum prior tantum attendat paritatem materiam. 242. 243
- Beneficium legis non solum in rebus immobilibus, sed etiam mobilibus, est, non pretiosiss, locum habet. 244
- Neque solum in Contractu emptionis, sed & aliis locum habet, tam stricti Iuris, quam bonæ fidei. 245. & seq. examinantur casus dubii.
- Si per transactionem lædatur una pars ultra dimidium ex æstimatione rei litigiosa, quia v.g. æstimatur 100. cum vix valeat 30. & unus transgendo solvit 90. ut illud retineat, in tali casu probabilius est, non esse locum beneficio restitutionis, si dolus abfuit. 247. & seq.
- Idem dicendum videtur, si læso consistebat in æstimatione erronea meritorum causa, quæ alter transgens ultra dimidium læsus est, cum merita cause plus valerent apud intelligentes. 252
- Est tamen locus huic beneficio quando filia in renunciatione etiam jurata enormiter læsa est, etiam absque dolo. 253
- Cessat hoc beneficium, si ei in specie renunciatum est, sive in ipso contractu, sive ex intervallo: non item si sub terminis generalibus. nam tunc solum alius juris remediis renuntiassè censetur. 254
- Si læsus ultra dimidium dicat emptori, se excessum donare, cognoscens valorem rei, neque inducatur ultra fraude, vel necessitate aut levitate animi ad donandum, certum est, eum carere hoc beneficio, & probabilius est, cariturum, etiam si ex necessitate, vel levitate donasset, si ceteroquin est potens donare. 255. & 256. ubi casus habetur.

Bbb 3

Secus

Synopsis

Secus dicendum, si ignarus valoris donaret. eod.
 Sicut in dicta lege datur emptori electio, ut vel rem emptam restituat recepto pretio, vel supplet defectum pretii, ita etiam venditoris est electio, ut pro excessu quem accepit, in pretio, satisfaciatur, vel contractum rescindat. 217
 Non satisfacere emptor, refundendo tantum de pretio, quod si ab initio solvisset, non potest ex hac lege conveniri, sed cogitur ad totum justam pretium refundendam. 218
 Si res infra dimidium empti pereat sine culpa emptoris, liberatur a supplendo defectu pretii: nisi rem alteri vendidisset, & justum pretium consecutus esset. 219
 Si emptor eandem rem alteri, etiam infra dimidium vendidit, & non sit solvendo, potest primus venditor conveniri secundum emptorem. 260
 Emptor potest meliorationes in re factas opponere venditori, exigendo ut illas prius solvat, antequam rem recipiat. 261
 Emptor eligens rescissionem contractus & restitutionem rei, non tenetur restituere fructus interim perceptos respondentes pretio, quod esset refundendum. 262
 Rescissio contractu resolvitur etiam hypotheca, si cui subiecta fuit interim res empti. 263
 Ut beneficium legis sit locus, non obstat, si venditio facta sit cum decreto iudicis. 264
 Ad rescindendum ex hac lege contractum, aliqui dicunt competere restitutionem in integrum, alii dicunt succurri lasso ex officio iudicis, alii recurrunt ad conditionem ex lege. Verius est dari actionem ex vendito. 266

Emptionis Resolutio ex adilitio Edicto.

Res vendita est sine vitio prestanda, ad quod datur actio duplex ex edil. edicto. *Redhibitoria*, & quanto minoris, seu: *astimatoria*. Redhibitoria agitur ab emptore contra venditorem ad recipiendam rem venditam & ad restituendum pretium, quia rem non fuisse emptoris gnarus vitii. *Astimatoria* agit emptor ad hoc, ut venditor refundat, quanto minoris emisisset, si de vitio confitisset. 267, 268
 His actionibus convenitur venditor, etiam si vitium ignoravit, ita tamen ut ad interesse non teneatur, nisi lata culpa intervenerit. eod.
 Actio redhibitoria datur per sex menses: *Quantum minoris*, per annum. 270
 Ad eod. effectus, ad quos dantur hae actiones

Prætorie, datur etiam actio civilis ex emptoribus non tamen nisi eodem modo temporalis, quo sunt actiones illæ prætorie. 271
 Ob vitia animi, si ve in brutis, si ve in Mancipiis, non dantur actiones adilitæ. 272
 Electa unâ actione, si emptor in ea succumbat, non licet eligere alteram, nisi in casu, quo ideo negaretur redhibitoria, quia sex menses effluerunt. 273
 Si redhibita re emptâ venditor est in mora reddendi pretium, datur emptori actio in factum, quæ quia non est pænalis, sed rei persequutoria, ideo est perpetua, & supponitur jam actum rescissum. 274

Evictio.

Est rei nostræ, quam adversarius legitimo titulo acquisivit, per Iudicem facta recuperatio. Vel sic. Est rei aut emptæ, aut ex alia legitima causa acceptæ interposito decreto iudicis abductio, vel amissio. 115
 Habet locum 1. quando detinetur res aliena ex Permutatione, vel alio contractu innominato. 2. Si res aliena detur in solutum. 3. Si data est in dotem. 4. In hereditatis vel bonorum communium divisione, sed cum aliqua limitatione, ut tradens rem alienam non teneatur ad interelle. 5. Locum habet in transactione. 6. In re frugifera vendita, in qua vincitur usufructus. 7. Et frequentissimè in venditione. eod.
 Donator rei alienæ non tenetur de Evictione, nisi ad hanc se reflexe obligaverit. 116
 Evictionis duo sunt capita, unum ad rem defendendam, ut venditor emptorem instruat, liti assistat, & probationes afferat, alterum, ad id quod interest. Ex priori agi potest ante sententiam, sed post litem motam. Ex posteriori post sententiam, re evictâ. 117
 Motâ controversiâ tenetur emptor laudare auctorem, eique denuntiare litem motam esse. 122, etiam si jam aliunde sciat. 123

F.

Familia Erciscunda Actio.

Convenit ex quasi contractu ex Hereditatis communiione, similis actioni Communi dividendo in pluribus, & in quibusdam differens, quæ vide. 1124
 Competit directa solis hæredibus iure civili talibus, & bonorum possessoribus iure prætorio, & Fideicommissariis. Utiles datur arrogato ad quartam consequendam post emancipationem. 1125
 Datur

Alphabetica.

Datur inter solos cohæredes, etiam quando non possident. eod.
 Exceptio Præpostulationis tunc solum locum habet, quando actor non possidet. 1126
 Actiones etiam & nomina veniunt in hanc actionem si stipulationes interpositæ sint, vel ob alia incommoda. 1127
 Præscribitur hæc actio sicut alia 30. annis. 1128
 Potest quandoque Divisio fieri facto ipso, sicut alibi diximus Societatem posse contrahi. 1130
 Qui ad divisionem provocatur, fatetur alteram hæredem, nec potest postea ad Hereditatis petitionem recurrere. 1131

Fendum.

Quomodo possit hypotheca subijci, vide: *Hypotheca*.

Filius familias.

Quâ ratione possit. mandatum dare vel accipere vide: *Mandati Contractus*.

Finium Regundorum Actio.

Datur hæc actio ex Quasi contractu illis, quorum fines seu agrorum termini confusi sunt. Et quia uterque litigantium est actor & reus, utrique incumbit probare fines. Lis hæc vocatur *Questio finalis*. 1132
 Est stricti iuris, quia non petuntur fructus percepti ante litem contestationem. 1133
 Datur non solum Domino directo, sed etiam Emphyteutz, Fructuario, Creditori habenti hypothecam & possidenti. 1135
 Datur non solum ad terminos discernendos, sed etiam ad cohærentiam, ut est Jurisdictio. 1136
 Datur etiam ad interesse damni unius cum lucro alterius. 1137
 Non nisi 30. annis præscribitur. eod.
 Quomodo se iudex gerere debeat in Iudicio finali, habetur variis legibus, quas vide. 1138
 Pars fundi quæ ob incommoditatem divisionis uni adjudicatur, fit illius absque alia traditione. 1139

H.

Hypotheca.

Est contractus, qui solo consensu perficitur; in cæteris convenit cum Pignore, de quo vide: *Pignus*.
 Ad constituendam hypothecam, non requiritur

certa verborum formula; nec scripturâ

In concursu creditorum, ille, qui habet hypothecam publico instrumento munitam, præferatur illi, qui non habet publico instrumento vel æqui valente muniam, etiam si habeat privatum scriptum, & tempore priorem se dicat, nisi hoc aliunde probet. 870
 De Iure Bavarico scriptura est de substantia Hypothecæ. 871
 Differt à mutuo, quòd constituitur in securitatem debiti, & non transferat dominium. 872

Plura de Hypotheca vide: *Pignus*.

Hypotheca dividitur in Tacitam & Expressam. Illa est, quæ rebus imponitur à lege, in favorem certorum debitorum, & subsistit absque consensu debitoris, & eo invito. 872 ubi vide exempla. Expressa est, quæ sit de liberatâ conventionem partium, ratione rei principaliter obligatæ. eod.
 Hypotheca expressa subdividitur in Generalem, & Specialem. Illa est, quæ omnia bona etiam futura subiunguntur, donec debitum solvatur: exceptis iis, quæ hæres postea acquirat, & illis, quæ quis in specie non fuisse subiecturus. Specialis est, quæ certa determinata obligantur, & comprehendit etiam per consequentiam accedentia, item fructus, partus, &c. 874

Hypotheca tacita communiter est generalis, quandoque tamen etiam specialis. eod.

Hypotheca specialis, quæ v. g. quis obligat omnes suas res, extenditur etiam ad res postea acquirendas. 875

Sub generali hypotheca veniunt etiam merces, sed quando pro illis pretium solvitur, desinunt esse hypothecata, & earum loco succedit pretium. 876

Veniunt etiam actiones & nomina, item servitutes. 877

Comprehendit etiam fructus postea apud alium dominum enatos & perceptos, & partus animalium, ancillarum, fructus agrorum, si à debitorum facti sunt. 878. ubi vide plura de fructibus usufructuarii debitoris.

Si ex fructibus natis venditis emanat aliud prædium, hoc non est subiectum, sicut fructus. 879

Neque comprehenduntur illi fructus, qui, postquam res principalis alienata fuit, primùm facti, & percepti sunt ab eo, qui dominus rei factus est. 880

Nec comprehenduntur fructus industriales postea ab hærede percepti, bene tamen naturales. 881

Nec comprehenduntur fructus facti & percepti à conductore fundi obligati. 882

Nomina, & Ius personale potest hypothecari. 890

Vid.

Synopsis

Ufus fructus potest hypothecari, si verò consolidetur, expirat hypotheca, nisi dominus consentisset. 893. & seq.

Oppignorato prædio, servitutes quoque sunt oppignorate & hypothecatae. 895. & seq. ubi plura de servitutibus hypotheca, quæ vide verbo. *Pignus.*

Feuda non possunt hypothecæ subijci à Vasallo. 899

Emptor feudi non habens paratam solutionem, non potest feudum oppignorare aut hypothecæ subijcere, nisi facultas vendendi in favorem Vasalli concessa esset, aut oppignoratio cederet in commodum domini. 901

Si dominus directus dedit consensum in hypothecam, sed cum restrictione ad certum tempus, elapso tempore expirat hypotheca, etiam durante feudo, quia habet tacitè adjectam clausulam cassatoriam. 902

Hypothecato prædio non censetur hypothecatum sus Patronatus annexum, nisi haberet annexos aliquos speciales redditus, tunc enim hoc jus esset hypothecaturæ. 903

Hypotheca in diem constituta, habet prioritatem respectu posterioris absolute constitutæ ante adventum diei, dummodo pecunia mutua prius numerata sit. 914

De Hypothecariorum creditorum ordine prioritatis, vide: *Pignus.*

Hypotheca generalis uni facta, non impedit, quin & alteri fiat: imò etiam cum speciali hypotheca alteri facta consistit etiam in scio priore. 920

Si eadem res sufficiens est pro duorum debitis exsolvendis, potest hypothecæ speciali duobus obligari, illis inconfutis. 921

Si non sufficiat, priore creditore consentiente, & posteriore etiam consensio, adhuc potest utriusque obligari. 922

Si creditor consentit in certam aliquam personam, censendus est sibi quoad illam personam duntaxat præjudicare voluisse, si scivit non sufficere pro utroque debito, adeoque amittit prælationem respectu hujus solius: si generaliter permisit, respectu omnium postea constitutorum hypothecariorum amittit. 923

Si debitor eandem rem insufficientem duobus creditoribus in scio obliget, habet secundus creditor actionem hypothecariam personalem, ut alia res sufficiens obligetur, & agere potest de crimine stellationis. 924



Hypotheca Tacita seu Legales.

Fiscus habet tacitam hypothecam in omnium suorum debitorum bonis omnibus, præsentibus & futuris. 972

Pupilli & Minores habent tacitam hypothecam in bonis suorum Tutorum, Curatorum. Item in bonis matris ut tutricis, & in bonis virrici, si mater nupserit, priusquam liberis tutorem petierit, aut reliqua persolverit. 973

Filiusfamilias habet eandem in bonis patris ratione administrationis adventitiorum maternorum, & usum fructuum. 974

Ecclesia eandem habet in bonis administratorum. Maritus pro dote sibi promissa eandem habet in bonis illius qui dorem promisit, ut dos solvatur, & si quid evincatur, ad interesse. 974

Vxor habet eandem in bonis mariti cum jure prælationis: de quo alibi. 975

Idem dicendum de augmento dotis postea superaddito. 976

Idem dicendum de bonis paraphernalibus, si à marito administrantur. 977

Mulier habet eandem ob contradotem, sed non cum jure prælationis. 978

In re alteri empta ex pecunia pupilli, habet pupillus ratione pretii nondum soluti hypothecam specialem tacitam, ita privilegiatam, ut in tali re præferatur omnibus anterioribus hypothecariis, etiam expressam hypothecam habentibus. 979

Locatori sunt obligati fructus prædii locati, item res illatz in prædium urbanum ab Inquilino. 980

Legatarii & Fideicommissarii habent tacitam hypothecam in bonis testatoris. 980

Non extenditur tamen ad res alteri legatas, sed eas solum quæ apud heredem manent. 981

Potest testator hanc hypothecam in testamento remittere. 982

Credens pecuniam ad reparacionem ædificii, habet in eodem ædificio tacitam hypothecam. 982

Non extendenda tamen est ad eum, qui credit ad aliquam rem emendam aut de novo ædificandam. Facilius extenderetur ad eum, qui ad conservandam domum vel aliam rem jam ante oppignoratam, alteri crederet pecunias. 983

Cui

Alphabetica.

I.

Indebiti Condictio.

Cvi aliquid indebitum solum est, tenetur restituere ex Quali contractu, qui in pluribus differt à mutuo. 1149

Quando Indebitum solvitur in re fungibili, vocatur *Promissum.* 1150

Ex hoc quasi Contractu datur Condictio Indebiti quæ etiam competit ei, qui dubitat, an debeat, & solvit reverà indebitum. 1152

De rigore iuris non conceditur repetitio indebiti soluti per ignorantiam iuris, bene tamen ex æquitate, quæ tamen æquitas ab ipso iure agnita sit. 1154

Cessat hæc actio 1. quando ex causa Jurisjurandi solum est. 2. Si sine dolo fuerit transactum. 3. Quod ex causa judicati solum est. 4. Solvens ex causa dubia, tali, ex qua gravius damnetur, si convinceretur. 5. Si solum est ex causa pietatis credita. 1157

Competit etiam solventi debitum sub conditione ante eventum conditionis contingens. 1158

Interusurium repeti potest ex æquitate, si condicio est certè eventura. 1159

Competit actio etiam illi, qui dolo inductus ad contrahendum debitum, illud deinde solvit. 1160

Qui absolutus in iudicio agnoscit se fuisse debitorem, & solvit, non habet jus repetendi tanquam indebitum. 1161

Qui per errorem solvit quod aliis debet, putans se debere, potest solum repetere. 1162

Qui solvit copulativè, quod solum debebat alternativè seu disjunctivè, habet in repetitione electionem, sicut habuisset in solutione. 1163

Datur hæc actio hæredi & contra hæredes. 1164

Si procurator indebitum solvit, vel accipit, domino & adversus dominum competit, si ratum habuit, secus, convenit procuratori & contra eundem. 1165

Si res indebita soluta non amplius exstet, petitur æstimatio, in quantum alter locupletior factus est. 1166

Fructus merè industriales non sunt restituendi. 904

Si duo correi ambo solvant totum, neglecto beneficio divisionis, tunc si simul solvant, singuli possunt repetere solum indebitum, si successivè, solus posterior. 1167

Potest huic actioni à solvente validè renunciari. 1168

Solvens in debitum per errorem transfert dominium. 1170

Christ. Hann. de Just. Tom. IV.

Inquisitores.

Inquisitorum officium non expirat morte Pontificis. 711

Jus Gentium.

Dupliciter sumitur. 1. Primævum est, quod cum ipso genere humano ortum est, ex ipso natura lumine omnibus insitum, ut Pietas erga parentes, &c. 2. Est Secundarium, quod naturalis ratio per varias experientias constituit adhibito discursu. quo sensu *Jus* monetæ, & Contractus Emptionis dicitur esse *Jus gentium.* 3

L.

Legatus.

Legati à latere officium non expirat morte Pontificis. 712

Liber homo.

Quomodo possit oppignorari, vide *Pignus.*

Locatio Conductio.

Est Contractus Juris gentium, nominatus, bonæ fidei, solo consensu initus, de rei alicujus usu vel fructu, vel operis hominis, pro mercede certa consensum definita, alteri ab altero concedendis. 431

Differt ab Emphyteusi sufficienter per hoc, quod canon in Emphyteusi non habeat rationem mercedis. 432

Si determinatio mercis conjecta in tertium ab hoc determinetur, erit Locatio, sin minus, non erit. 433

Non resolvitur, etiam si merces à locatore, postquam solum constituta est, remittatur. 434

Quando res fungibilis locatur, ut in ea aliquid fiat, duo contractus interveniunt, Locationis quidem, quia v. g. aurifaber locat operam pro mercede, & mutui, quia transferretur dominium auri. 435

Quando res aliqua ad utrum locatur v. g. domus, qui mercedem accipit dicitur Locator, qui dat, Conductor, quando subministratur ab aliquo materia laboranda, volunt aliquem esse locatorem, etiam si mercedem solvat. Sed magis placet universim eum vocari conductorem, qui solvit mercedem. 437

Probabilius est, mercedem posse esse in quacunque 438

C c c